

Johann Adam Osiander    Johann Ludwig Schaubecker


## **Eba Elôhîm hû Id est: Dissertatio Theologica De Miraculis**

Tubingae: Reisius, 1682

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875158420>

Druck    Freier  Zugang







78.



Fa - 1092(78) (SON)



Tomo Soc. LXXXVII. habent

1. Isaac Faustig de Epistola Jacobi sententia Veterū.
2. ——— ad locum Jacobi V, 14. 15. p sent. Lutheri prior.
3. ——— ——— ——— ——— ——— Posterior.
4. ——— ——— ——— ——— ——— Tertia.
- 5-13. Jo. Adami Osiandri Disputationes IX. de luce increata et creata.
- 14-18. Michaelis Muller Disputationes V. de Invocatione s. s.
19. Wilhelmus Zeschig de Theologia principio cognoscendi.
20. Georgius Hennig Haerberling de Benivolentia Dei generali et speciali.
21. Fridencus Gerschorig de Passione et morte Jesu Christi.
22. ——— Haerberlinus de Baptismo.
23. Jo. Adamus Scherzerus de fide baptisatorum infra <sup>tum</sup>
24. Antonius Reiserus de Sacram. Baptismi.
25. ——— Haerberlinus de Justificatione.
26. ——— J. A. Osiander de Justificatione
27. ——— ——— de fide justificante.
28. Mich. Muller de Imputatione justificationis.
29. Jo. Fridencus Olearius de Renovatione.
30. Jo. Meisnerus de oratione spiritus. in habitatione.
31. Jo. Osiander de Palesia.
32. Geom Hennig Keller de Ecclesia infantum.
33. Jo. Lud. Hartmannus de Elencho morali.
34. ——— Jo. Ad. Osiander de Miraculis.
35. ——— ——— ——— de Miraculis.
36. ——— ——— ——— de Jure Patronatus Episcopatus etc.



37. Geom Henricus Keller de Magistratu Pol.  
 38. Krieger & Hirkander Satyra in Bökelmanni Dissert.  
 inaug. de Potestate Ecclesiastica.  
 39. Jo. Henrici Maji Epistola ad J. Jo. Frischlayonem.  
 40. Disputatio ad 1 Jo. 11, 1. 2.  
 41. Fridericus Lipsius de Martino Antonio de Do-  
 minis Episcopo Spalatensi.  
 42. Ministerii Tripolitani Anticenis Indici Syncretismi  
 43. Eiusdem Ministerii Liber ad Collegia Theologica.  
 44. Erney Abtligg Risus Unschuldigmüßmüß  
 Luffen.  
 45. Melchioris Corneii Aristoteles redire vo R. Cathol.  
 46. Gottlieb Wernsdorff Progr. de Ernesto lueb.  
 ad Orat. inaug. O. Luhnii.  
 47. —. Exploratio Spiritus Brendeliani.  
 48. Jo. Reinhart Brecht de Pœnit. Iterabili.  
 49. Jo. Michael Ludwig de prejudiciis practiciis.  
 50. Georgi Gustavi Zeltneri conjectura de Meliarmo  
 presenti & Apoc. pp. 4 ff.  
 51. Godofredi Ludovici Progr. de Epist. ad Ebneos.  
 52. Christoph. Matthiac Pfaffig de Gratia et Præ.  
 53. Jo. Sigismundus Kirchmeier de Principio fidei  
 Verbo Dei contra revelationes Inspiratorum.  
 54. Jo. Henricus Majus Filij de Novi Anni Lib. auspiciis.  
 55. Gasparij Cardilli Apologia pro Indictione Concilii  
 Tridentini

J.S.



אצבט אלהים הווא

*Id est:*

DISSERTATIO THEOLOGICA

*De*

MIRACULIS,

*Quam*

P R Æ S I D E,

*Viro Magnifico, summè Reverendo atq; Amplissimo,*

Dn. JOH. ADAMO OSIANDRO,

SS. Theol. Doct. Professoreque Primario longè famigeratissimo, Cancellario Academiae EBERHARDINÆ quàm

Dignissimo, h. t. DECANO Facult. Theol. Spectatissimo,

nec non Præposito Ecclesiæ Tubingensis Venerabilissimo:

*Dn. Preceptore, Patrono & Promotore æstimatissimo;*

Publicè defendet

M. JOHANN-LUDOVICUS Schaubeker /

Pastor Donnstettensis, Auth. & Resp.

IN AULA THEOLOGORUM NOVA

Ad Dies 2 & 9. Septembr.

PSALM. 119. vs. 18.

*Revela oculos meos Domine, & considerabo  
mirabilia de lege tuâ.*

T U B I N G Æ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO M. DC LXXXII.

35.

4

46.8

45

470

50

4

3

3

37

36

35

87,32



SERENISSIMI WÜRTEMBERGIÆ  
DUCIS  
SENATUI ECCLESIASTICO  
PER-INCLUTO,  
VIRIS

*Reverendâ Dignitate, Strenuâ Magnificentiâ,  
Amplissimâ Auctoritate, Summâ Gravitate Celeberrimis.*

DN. CHRISTOPHORO Wölfflin / SS. Theol. Doct. Famigeratissimo, Collegiatæ, quæ Stuttgartiæ est, Ecclesiæ Præposito Dignissimo, Serenit. Würtemb. à Confessionibus Sacris, Consiliisque Ecclesiasticis: Theologo à meritis in Ecclesiam Celebratissimo.

DN. ANDRÆ BARDILI, U. J. D. Celeberrimo, Illustris Consistorii Vice-Directori, reddituumque Ecclesiasticorum Advocato Fidelissimo.

DN. M. JOH. LAURENTIO Schmidlin / Ecclesiæ Cathedralis Stuttgartianæ Antistiti Vigilantissimo, Consistorii Ducalis Assessori Gravissimo & Cœnobiarchæ Herren-Albeni Dignissimo.

DN. M. JOH. FRIDERICO Hochstetter / Serenissimo Würtembergiæ Ducis Concionatori Aulico Primario, Consistorii pariter Assessori Meritissimo.

DN. BARTHOLOMÆO Haage / Concionatori Aulico, Consistorii itidem Assessori Spectatissimo.

*Dnn. Mæcenatibus Patronis ac Promotoribus suis sanctissimè perenniter Deverendis*

Specimen hoc qualecunque

*In debita Observantiâ testimonium,*

Suique commendationem


Dedicat

Cliens Humil.

AUTHOR & RESP.

3.





## PRÆFATIO

*Ad Benevolum Lectorem.*

Otanter, Benevole Domine Lector, Hieronymus in Epistolâ ad Fabiolam de Veste Sacerdotali: *Tanta*, inquit, *debet esse scientia, & eruditio Pontificis DEI, ut & gressus ejus, & motus, & universa vocalia sint, veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet, & ornatu, ut quicquid agit, quicquid loquitur, Doctrina sit populorum; absq. tintinnabulis enim & diversis coloribus, & gemmis floribusq. virtutum nec sancta ingredi potest, nec nomen Antistitis possidere.* Indigitatur itaque officium, & debitum boni Pastoris, nempe ut eruditionem ejus doctrinamque ubique comitentur virtutes, adeoque omnia vocalia sint, dicta & facta ejus *ἑυφημα*. Si itaque non tantum homiletica, sed & polemica sunt doctrina populorum; subsumo ego, & hoc *ἑυφημον* esse, si Minister Ecclesiæ homileticis addit polemica, & pro nunc & tunc in Collegiis Disputatoriis tintinnabula sua aliquantum resonare facit; Christus enim ipse in juvenili jam ætate *συζητήσας* interfuit Theologicæ, variasque ventilavit. Quapropter & ego ausus sum, quanquam fluctuans diu, prorepere, actumque Disputatorium sustinere, unicum exorans, ut conatum meum haud sinistrè interpreteris; nulla enim penes me ambitio. DEUS, cui soli perspectæ sunt viæ meæ, faxit, ut omnia cedant in Gloriam Nominis sui! quo cum sisto



SECTIONEM I.

**Q**Uæ præsentat Originationem, Synonymiam, & Homonymiam miraculorum. Vox autem Miraculi composita videtur à Miro, & antiquo cello, vel κέλλω i. e. moveo, impello, quia miracula tanquam insolitum quid animum quasi movent, & percellunt. Synonyma sunt signa, prodigia, Græcis θαύματα, σημεῖα, τέρατα dicta, ut & δυνάμεις Joh. 4. ψl. 48. Actor. 2. ψl. 22. Sumuntur verò Miracula duplici sensu, lato, & stricto; illò Miraculum dicitur omne id, quod vel non est secundum naturam, sed præter, ut monstrum, teste Varrone lib. 6. de caus. L. L. vel quòd nostro intellectui insolitum, atque ex ignorantia causarum supra naturam esse æstimatur, unde Thomas l. 3. contra gentes cap. 97. *Admiramur aliquid, eum effectum videntes ignoramus causam, vel rationem modi in agendo non assequimur*: hoc, quando quid omnes naturæ vires transcendit, revera est, & fit supra & contra naturam, adedque solius DEI opus, de quo

SECTIO II.

**Q**Uæ monstrat existentiam, divisionem, & definitionem Miraculorum. Existentiam quod concernit, inconfesso est, data esse, & eventura olim miracula. De futuritione ipse Christus μάστιγος ἀληθῆς: ἐγερθήσονται ψευδοῦ χειροί, καὶ ψευδοπροφήται, καὶ δώσωσι σημεῖα μεγάλα, καὶ τέρατα ὅσα πλανήσω εἰ δυνατὸν, καὶ τὸς ἐκλεκτὸς Matth. 24. ψl. 24. Paulus verò de Anti-Christo: ἔστιν ἡ παρουσία κατ' ἐπιφανείαν τῆς σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημεῖοις καὶ τέρασι ψεύδους. 2. Theis. 2. ψl. 9. Et ne quis regerat, allegata loca de mendacibus loqui miraculis, constat, & revera olim eventura, nempe imminente novissimo die, erunt enim signa in Sole & Luna, teste Christo Luc. 21. ψl. 25. De præstitis verò olimque exhibitis Miraculis conclamant, tam gesta Mosis, Josuæ, Eliæ, Elisæi aliorumque, qui tempore ἐπαγγελίας vixerunt, quàm Christi, qui propter abundantiam miraculorum vocatus ἀνὴρ ὑπὸ θεοῦ δυνάμει & σημεῖοις. Actor. 2. ψl. 22. & Apostolorum, qui induti erant virtute ex alto Luc. 24. ψl. 49. Quòd autem

3.



autem pro nunc, & hoc ipsò tempore dentur strictè dicta miracula, valdè dubito, cum *sonus Apostolorum jam olim in omnem terram exierit* Rom. 10. v. 18. *verbumq; veritatis jam tempore Pauli in universo mundo fructificavit* Colos. 1. v. 6. *confirmatum comitantibus signis.* Marc. 16. v. 20. de quo plura in sequentibus. Ad Divisionem verò ut progrediamur, communiter dividuntur miracula in *vera, & falsa, vel mendacia.* Hæc sunt, quæ vel à Diabolo, vel asseclis ejus quocunq; modo, vel præstigiis, vel perturbatione sensuum, vel corruptione eorum, vel mutatione aut remotione Objecti, sunt, non ut prosint, sed ut noceant, hominiquè imponant, & à DEO abstrahant, & falsa sunt tam ratione formæ, quàm finis: illa paulò infra definiuntur. Notandum verò tritam potius, quàm accuratam esse hanc Divisionem: si enim miracula strictè definiuntur actiones unius, & solius DEI; indigna sunt miracula *Judæis*, ut tanquam Dagon Arcæ fœderis, veris putà miraculis associantur, nec penes hæc subsistere possunt. Accuratiùs dividuntur miracula in *privativa, & positiva.* Illa sunt, cum rei actiones naturales ad tempus inhibentur, non interventu causarum physicarum, sed peculiari virtute DEI, causæ summæ, & universalis, prout *sol stetit.* Jos. 10. v. 13. *retrocessit* Esa. 38. v. 8. *& ferrum natavit,* 2. Reg. 6. v. 6. Hæc verò, cum res novis qualitatibus donantur, ut quando *steriles pariunt,* Psal. 113. v. 9. morbi præter naturæ cursum sanantur. Accuratiùs quoque Biel 2. sent. dist. 8. quæst. 2. *Potest dupliciter fieri miraculum, quantum ad rem factam, & quantum ad modum faciendi: quantum ad rem factam, quando effectus producitur non concurrente causâ secundâ naturali, aut in subjecto non habente ordinem naturalem ad susceptionem talis effectus, quantum ad modum faciendi, cum aliquid producitur à causis naturalibus sed in morâ breviorè, quàm sit solitus naturæ cursus.* Accuratiùs porò Thomas p. 3. qu. 29. art. 1. resp. ad 2. qui distinguit miracula in ea, quæ sunt ad fidei confirmationem, & ea, de quibus ipsis est fides, quale est miraculum partûs virginæ. Plures vide distinctiones in Gerhar. loc. de Eccl. Imminet autem definitio; latè verò alii, alii concisè nimis progrediuntur, Augustinus *miraculum* vocat, *quicquid arduum, aut insolitum supra spem vel facultatem mirantis apparet.* Alphonso

4

46.8

45

450

50

4

3

3

37

36



phonso de Castro *miraculum est res insolita supra naturæ potentiam operata.* Tenuitati mex *miracula sunt Actiões unius & solius DEI, contra & supra naturam profectæ, quæ vel immediatè ab ipso DEO, vel mediatè ab hominibus, servis DEI, pro arbitrio divino in hominibus, cælestibus, elementaribus mineralibus aliisq; sublunaribus exercentur, tam ad manifestandam gloriam DEI, quàm roborandam dictorum veritatem, ut ex iis homines vel fides concipiant, vel in eadem confirmentur.* Undè emergit

### SECTIO III.

**S**istens causam Principalem Efficientem Miraculorum, quæ est solus DEUS, Essentia unus, & Personis trinus, manu-  
ducente (1.) S. Scripturâ, ita enim psaltes Psal. 136. *vs. 4. Confitemini Domino, qui facit mirabilia magna solus;* quibus consentit versus 14. Psalmi 77. taliter sonans: *DEUS in sancto vi-*  
*tua, quis DEUS Magnus sicut DEUS noster, tu es DEUS qui facis mirabilia.* Undè tale fuit Argumentum. Cuicumque miracula in S. Scripturâ contradistinctè ad quamvis creaturam tribuuntur, ille eorum unicus, & solus Auctor fit oportet. Atqui DEO Triuni ita tribuuntur, Ergo. Major suâ luce radiat; Minor verò probatur in allegatis locis: ei enim miracula tribuuntur Psal. 136. *vs. 4. qui fecit cælos, expandit terram:* atqui hic solus est DEUS Esa. 45. *vs. 12. primus & Novissimus Esa. 48. vs. 13. Similiter quando notanter quæritur Ps. 77. vs. 14. quis DEUS Magnus?* exclusivè respondetur: *tu es DEUS qui facis mirabilia,* DEUS enim exclusivè *redemit in brachio suo populum suum. vs. 16. Dices: eatenus unicè adscribi miracula DEO, quatenus liberavit populum suum, creavit cælos;* cæterum non repugnare miracula creaturis, miraculis enim claruisse Mosen, Josuam, Prophetas, & Apostolos. Sed falsò; quod enim valet in re pari, valet in compari; si liberatio populi judaici, si formatio cæli nomine miraculi venditatur, & solius DEI opus est, deo Essentiâ Miraculorum fit oportet, omnem finitæ virtutis sphæram transcendere. Quod autem Prophetæ, aliique viri θεοπνευστοι miracula fecisse dicuntur, non *Magisteriali & propriâ, sed Ministeriali virtute* ea facta esse constat Exod. 8. *vs. 19. ubi ipsi Ma-*  
gi



gi Ægyptiaci acquievère, dicentes: Das ist Gottes Finger. (2.)  
 Convincente naturâ, & formalitate Miraculorum; sunt enim talia opera, quæ omnem finitam virtutem excedunt, & creationis species sunt; hinc secundum Argumentum: Quæcun-  
 que opera omnem finitam δύναμιν & ἐξουσίαν exsuperant, subque titulo creationis dextrè venditantur, ea soli Deo adscribenda sunt; Atqui miracula talia sunt. Ergò. Major iterum patet, quod enim creaturis impossibile, illud Deus facit, dum fit, quia non datur tertium inter DEUM infinitum, & creaturam finitam. Minor verò probatur inductione omnium miraculorum; *inhibitio enim solis, mutatio aque in vinum, restitutio sanitatis extemporanea, resuscitatio mortuorum* omnem finitam virtutem superavit ut notanter Petrus: Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ὅτι τὰ τῶ, ἢ ἡμῖν τί ἀπειθετε, οἷς ἰδίᾳ δυνάμει εἰ εὐσεβείᾳ πεπειθήσῃ ἔ-πατατεῖν αὐτῶν; Actor. 3. ψf. 12. & porro ψf. 16. ὁ θεὸς ἐσερέωσεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν δόξαν ἡλεῖν πάντων ὁμῶν. Notanter quoque Rex ille: Numquid DEUS ego sum, ut occidere possim & vivificare. 2. Reg. 5. ψf. 7. Appositè pariter Harioli illi Dan. 2. ψf. 11. Sermo quem tu queris Rex, gravis est, nec reperietur quisquam, qui indicet illum in conspectu Regis, exceptis his, quorum non est conversatio cum hominibus. Præterea, quod miracula sint species creationis patet indè, quia in miraculo fit, quod antea non fuit, quod DEI opus est, οὗ καλεῖται μὴ ὄντι ὡς ὄντι, Rom. 4. ψf. 17. quique solus creaturarum substantiam, proprietates, motum & usum mutare potest aut abolere. Dices: Etiam Eliam ignem cælo demississe, Apostolos impuros spiritus expulisse, morbos sanasse. Sed recurrit prior responsio, quicquid enim egerant instinctu & impulsu Spiritus Sancti egerunt, prout & Samson Jud. 14. ψf. 6. Hinc notanter Paulus: Πάντα ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. i. Corinth. 12. ψf. 11. (3.) Contestante officio Miraculorum, sunt enim divinitatis character, & à Filio DEI idè patrata, ut per ea demonstraret gloriam suam Joh. 2. ψf. 11. & 10. ψf. 25. undè tertium Argumentum. Quæcunquæ operationes sunt infallibile divinitatis indicium, & idè edita à Christo,



ut manifestaret gloriam suam, ostenderetque, se esse Filium DEI, illa non creaturis, sed soli DEO adscribenda sunt. Atqui miracula tales sunt operationes, Ergò. Major est manifesta, dum enim aliquid est indicium, & character, alii tribui nequit, quia implicat indicium esse, & distinctivum quid, & tamen communicabile alteri. Minor ex allegatis locis patet, undè ipse Nicodemus: *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi is, cum quo est DEUS*, Joh. 3. v. 2. quid hic excipi possit, haud video. Instat ergò

### Q U Æ S T I O.

#### *Quid de Diaboli Operibus stupendis sit judicandum?*

**M**agna cum & mirabilia patrare experientia monstrat, est enim Sathanas *iqvods* Luc. 11. v. 21. & si *bestia illa ignem cælo deturbavit*, teste Johanne Apoc. 13. v. 13. dependenter à Dracone, nempe Diabolo, non minoris ipse virtutis erit, & potentia; interim proprium & genuinum miraculorum titulum haud mereri etiam sublimia ejus opera, captumque nostrum excedentia, patet inde, quia *DEUS solus mirabilia facit* Psalm. 136. v. 4. nec parem agnoscit, Davide teste Psal. 40. v. 6. Diaboli ergò opera, quando stupenda & mirabilia sunt, *apparenter tantum, κατὰ δόξαν* talia sunt, non κατ' ἀλήθειαν; agit enim Diabolus *vel per motum localem*, quando rem aliquam oculis subtrahit, & præproperè aliam substituit, ut verè putemus, prius in posterius mutatum fuisse, quales credendæ gentilium metamorphoses, Diomedis sociorum in aves, & Iphigeniæ in Cervam; *vel per alterationem activa passivis applicando*. Diabolus enim naturalium rerum substantias & proprietates perspicuas habet, commodaque novit tempora applicandi, undè efficiuntur multa, quæ solius naturæ operatio nunquam fecisset, nisi Diabolus eam artificiosâ applicatione juvisset; prout coquus, cum suave edulium concinnat, mediante arte per ignem id excoquit, licet ignis naturaliter operetur, quod solus ignis, nisi tali arte  
effet



esset applicatus, nunquam effecisset. *Vel per delusionem, & deceptionem*, quæ fit tripliciter.

Primò ex parte Objecti, quando Diabolus primò ostensarum rerum celerè agitatione, subitâ occultatione, variâ collocatione, separatione, vel conglutinatione latente hominibus imponit, prout faciunt circulatores & agyrtæ variis ligaminibus, & globulis. *Secundò* per artem perspectivæ, certâ quadam dispositione Objecti in ordine ad oculum videntis, v. gr. cum lineæ confuso ducto ordine aspicienti per foramen, vel rotata tabula speciem exhibent artificiosæ alius picturæ; sic volunt Doctores gravissimi, juncos, & paleas humi stratas, si lucernâ de cerâ, & coriò serpentis sulphuratò accensa inferatur, videri serpentes saltantes. *Tertiò* cum format subitò Objectum ex aëre, & illud offert spectatoribus, v. gr. quando vel ipse assumit, vel alteri rei circum ponit corpus aëreum, sive phantasticum, simile rei putativæ. *Quartò*, cum apponit corpus aliquod mixtum, putâ minerale, quod vi suâ naturali in causâ est, ut corpus, cui apponitur, longè aliud appareat.

*Secundò* fit deceptio ex parte aëris medii, primò quando Satan impedit, ne species ad oculum, vel alium sensum deferantur, v. gr. quando visui totum Objectum, quod coram est, occultat, vel aliquam ejus partem. *Secundò*, si medium imbuat aliquâ qualitate, quâ species, per medium transeuntes, sic modificantur, ut Objectum non quale est, repræsentent, v. gr. *si de semine asinino & cerâ fieret candela: quæ sola in convivio luceret, omnes convivæ viderentur onoccephali.* *Tertiò*, si medium circa ipsum Objectum inspissat, undè Objecti aspectus mutatur, ut quando Denarius in scutellam aquæ plenam injectus, videtur major, & jacens in fundo apparet in superficie. *Quartò*, si motò aëris mediò simul species moventur, undè fit, ut navigantibus videantur ad navigii motum arbores moveri. *Quintò*, nonnunquam contingit falli sensus, ex variâ conformatione vel multiplicatione specierum sensilium, quod contingit aliquando ex forma instrumenti, per quod videmus v. gr. quando unicum conspicillum plures nobis unius Objecti figuras exhibet, aliquando ex instrumentorum collatione & situ, ut si plura specula diversis locis disponentur, poterunt tot de loco in locum species multiplicari, ut



quæ in uno loco sunt, in alio appareant, & intuitiva rei præsentis esse visio videatur, aliquando potest contingere per solum specierum sensilium, quæ sunt in phantasiâ, transitum usque ad sensum exteriorem, vel saltem sensum communem, qui sensus eodem modò à speciebus afficiuntur, quò affecti forent, si revera ab Objectis externis eò species mitterentur; quò referunt quidam relatum à Divo Augustino apparitionem Philosophi, dubia solventis.

Tertiò ex parte Organi, quando primò Satan mutato situ Organi facit rem, quæ uno in loco est, videri esse in alio, vel geminam, quæ unica est. Secundò, si humores agitentur vel perturbentur, res aliter ac sunt conspiciuntur, ut contingit furiosis ac ebriis, quomodo Zedechias judæus opinione hominem in aëra jactabat & in membra discerpebat, recollecta verò redunabat. Tertiò, si impedit Diabolus sensationem humore aliquo crassiore, obstruens viam, ne spiritus ad organum perveniant, vel aliâ ratione vim sentiendi hebetans. Quà forte ratione Angeli Sodomæos *doegoria* percusserunt, ut pluribus in Comment. in Exod. Dn. D. Osiander, Cancellarius Universitatis Tub. Famigeratissimus, Hobabus noster perspicacissimus, cujus ductum hætenus sum secutus. Sequitur ergò

#### SECTIO IV.

**Q**uæ refert causam Ministerialem, vel instrumentalem. Christus enim, qui immediatè & propriâ virtute miracula fecit, Apostolis quoque *ἐξουίαν dedit pellendi morbos, sanandi egrotos* Matth. 10. vs. 1. prout quoque Deus olim Moſen & Aaronem, Eliam & Elifæum aliosque Thaumaturgicâ virtute induit. Ubi NB. primò, non quibusvis, & quovis tempore servis sanctisque DEI hominibus datam fuisse virtutem miracula edendi. Eleasar enim nullis claruit miraculis, similiter Johannes Baptista, nec Jeremias, Amos aliique talia fecisse leguntur: & tam libertas Divina, quam incredulitas hominum sæpè viam miraculis ocluserunt Marc. 9. vs. 19. Secundò, viros *ἰσχυροὺς*, alios plura, alios pauciora edidisse miracula. Moſes enim comparem haud habuit, Deuter. 34. vs. 10. Eliam Elifæus superavit duplicem nactus Spiritum. 2. Reg. 2. vs. 10. 15. undè

Quæ



Q U Æ S T I O. I.

An immediatam vocationem necessario  
comitari debeant Miracula?

**B**ellarminus affirmat, sed nos contradicimus ei, quia obstat, *primò*, chorus Prophetarum, qui immediatè vocati erant, nec tamen signis conspicui; Jeremias enim, Ezechiel, Amos, Hoseas, Joël aliique quæ fecerunt Miracula? nulla demonstrabis. Dices cum Forero, non omnia esse Scripta, quæ sunt gesta, nec mirum inde, si etiam Prophetarum opera non omnia fuerint literis consignata, maxime cum nonnulli V. T. libri injuriâ temporum, interciderint. Sed haud solidè, quæ enim consequentia: Non omnia sunt scripta. Ergò Miracula ab allegatis Prophetis sunt edita? Item: nonnulli libri olim interierunt. Ergò Miracula Prophetarum iis scripta fuerunt? Johannem Baptistam ut præteream, extra dubium ille immediatè vocatus erat, signa tamen haud fecit. Regeres cum eodem Forero, Johannem miraculosè natum, singularem & arctissimam vivendi rationem tenuisse, cælos apertos fuisse in administratione baptismi, inò ipsum Christum de legitima vocatione ejus testimonium perhibuisse. Sed absurdè, nam 1. non quæritur, quæ miracula circa ipsum Johannem facta sint, sed quæ ipse fecerit; *secundò* nil minùs allegata Miracula probant, quàm immediatam vocationem, quia incognita erant, prout Johannes ipse, quare tam rigorosum sustinuit examen Joh. 1. v. 21. Sigillatim autem nil probat, *primò* miraculosa ejus nativitas, quia & Isaac ex sterili natus est matre Gen. 21. v. 6. similiter Samson. 2. Nil singularis & sancta ejus vivendi ratio, quia & Pseudo-Apostoli talem imitantur vitam Col. 2. v. 23. Nil 3. *Thophavla* illa, quia ea ad Christum declarandum contigit. Tandem *quartò* nil testimonium Christi, quia subsequutum demum est functionem Johannis, non antegressum.

*Secundò* obstat Bellarminianæ Opinioni miraculorum imbecillitas, quia miracula non certam & infallibilem fidem adstruunt immediatæ Vocationi; sequeretur enim Pseudo-Prophe-  
tas immediatè vocatos esse, quia ejusmodi signa & portenta præ-



dicere possunt, quæ eveniunt, teste Mose, qui talia: *Si surrexerit in medio tui propheta, & prædixerit signum atque portentum, & evenit, quod locutus est, & dixerit tibi: eamus & sequamur Deos alienos; non audies verba Prophetæ illius, quia tentat Dominus Deus vester, ut palàm fiat, utrum diligatis eum, nec ne?* Deuteron. 13. v. 1. Instabis porrò cum Fovero: Cur ergò Lutherus ipse à Münzero in Epistola ad Mülbus. postulavit miracula in testimonium immediatæ vocationis, si fallax est hoc argumentum? Sed & miracula requisivisse Lutherum à Münzero, non quòd illis solis vim sufficientem tribueret ad immediatam vocationem, si fierent, adstruendam; comitari enim debet vocationem modus reformandi & imputandi publici Ministerii, teste ipsò Lutherò qui Tom. 2. Germ. Jen. Fol. 456. Wann Münzer sagt: Gott und sein Geist hab ihn gesandt wie die Apostel / so lasse ihn dasselbe beweisen mit Zeichen und Wundern / oder wehret ihm das Predigen / dann wo Gott die ordentliche Weiß will ändern / so thut Er allezeit Wunder; Zeichen darbey / sed ut tantò potentiùs confunderet Adversarium, qui non tantùm Miraculis cum Scripturâ conjunctis, sed & nudis & solis destituebatur. Perges: *Si Miracula non probant immediatam vocationem, Ecclesia non posse constare de legitima vocatione immediatè vocatorum, expositam esse erroribus, nequè unquam circa fidei dogmata firmo pede consistere.* Sed falsò, tum enim sic se res haberet, si sola miracula immediatam vocationem demonstrarent, & nulla ab iis, qui se immediatè vocatos dicunt, ederentur; residua enim sunt alia *κενεια*, de quibus alibi. Vide hanc Materiam prolixius in pronunciato V. Dn. D. Nicolai Charact. Anti - For.

## Q U Æ S T I O II.

### *An in Malos Angelos cadant Miracula?*

**S**unt, qui *ἐπιχρησι*, prout Dn. D. Dannhawerus, cujus vide Meletema, alii affirmant, prout Montac. Orig. Eccles. p. 486. Scholastici verò distinguunt inter *mirabilia*, & *miracula strictè dicta*: illorum operationem Diabolo concedunt, horum verò negant. Et dextrè exiguò meò judicio; constat enim miracula ad confirma-  
tio



tionem Evangelii concessa esse Marc. 16. v. 20. Si itaque Diabolus ministerialiter se non habet in prædicando verbo DEI, nec ministerialiter se habebit in confirmando eo. Instat ergo

### Q U Æ S T I O III.

#### An propterea nec impii & Hæretici miracula edant?

SECUS se res habet cum hujusmodi farinæ focis; adest enim primò *Scumulus exemplorum*, Bileam prophetavit; Saul fuit inter prophetas; Judas cum aliis gloriatus est, sibi dæmones fuisse subiectos Luc. 9. v. 1. 10. Sic multi olim prætendent miracula edita, dicentes: *Nonne prophetavimus?* qui tamen sunt κακῆγοί, teste Christo Matth. 7. v. 22. 23. Proindè notanter cum Navarro Tanner. Tom. 3. Disp. 5. quæst. 7. qui vulgò *Salutatores* vocantur (quantumcunq; alias sint perditissimi homines) licitè possunt manere fungi, quoniam gratia illa gratis data hujusmodi hominibus à DEO solo conceditur in utilitatem aliorum. Similiter Augustinus l. 1. in Sermoni Dom. de Monte: *Illud ad rem maximè pertinet, ne decipiamur tendentes ad contemplationem veritatis, non solum nomine JESU Christi per eos, qui nomen habent, & facta non habent (hoc est, vitâ & moribus sunt coinquinati) sed & quibusdam factis, atq; miraculis, qualia propter infideles cum fecerit Dominus, monuit tamen, ne talibus decipiamur, arbitrantur ibi esse invisibilem sapientiam, ubi miraculum visibile viderimus.* Sed fortasse quis dicat, non posse iniquos visibilia illa oracula edere, & mentiri potiùs credat illos, qui dicturi sunt: *In Nomine tuo Prophetavimus, & demonia ejecimus?* Verùm secundò convincit nos contradictionis negatio, haud enim implicat, esse infidelem, & efficere Miracula: DEUS distribuit dona sua, prout vult 1. Cor. 12. v. 12. nec indissolubiler coherent *μετὰ τῆς πίστεως, & ἀγάπης* 1. Corinth. 13. v. 2. Quare Chrysostomus, Hieronymus, aliiq; probant exemplis, etiam per alios, quàm Catholicos, vera miracula fieri. Bellarminus ipse l. 1. de Grat. & lib. Arb. cap. 10. *Dubitari, inquit, non potest, quia gratiæ gratis data à gratiâ gratum, faciente separari possint, posse enim esse sine charitate donum linguarum, prophetiam, sapientiam, testatur Apostolus 1. Cor. 13. v.*



yl. 2. ut de Stapletono aliisque nil dicam. *Tertio, imbecillitas Objectionis*; non enim obstat, quod Forerus objicit in palma triumph. l. 2. 14. pag. 610. quando ait: *Nunquam permittit Numinis Bonitas & Veritas, ut vera miracula ad falsitatis probationem edantur, maxime ubi veritas cum mendacio de victoria & palma contendit, quemadmodum in certamine Moſis cum Magis Pharaonis.* Nam finis DEI à fine hominis planè distinguendus; hic malus est, ille ad bonum finem ordinatio. Dementare illi, ac nocere propositum, huic etiam per malum, imò invitum instrumentum inter impios homini benefacere. Si enim DEUS Nebucadnezari illicitis artibus, quò moveret exercitum, divinati adfuit directione ad finem cœlitus intentum, quidni Pseudo-Prophetam, Miracula patrantem, ad bonum finem, à DEO intentum, ducat? potest enim Pseudo-Propheta miraculum edere in confirmationem; suâ quidem mente cultus *Φαντασματικος* religiosi, *δύτης* superstitiosi, sed ex directione divina veritatis adhuc residuæ in cultu hæretico. Sic cùm Judæus quidam à Paulo Novatiapo Episcopo baptizari vellet, jam antea baptizatus, modò ut quæstum faceret, fontis baptismalis aqua evanuit. Conformiter hisce D. Gerhardus: *constat*, inquit l. 2. spec. Conf. Cath. art. 5. c. 4. p. 1263. *Judeos illos ac Samaritanos, quos Rex Assyriorum, abductis decem tribubus, in terris suis reliquit, non habuisse puram religionem, & cultum veri DEI; nihilo minus tamen DEUS misit Leones in Assyrios, & alias exoticas gentes in Samariam introductas, pepercit verò indigenis; anne in confirmationem impii cultus? minime; sed ad confirmationem legis judaicæ.* De quibus plura in Meletem. Dannhaw. Imminet.

## SECTIO V.

### *Quæ agit de Materiâ, vel Objecto Miraculorum.*

**M**eminimus autem rectè hominum, cœlestium, sublunarium, mineralium, elementarium, aliorumque inanimatorum; quot enim gesta & quanta fuerint facta miracula circa homines, tam V. quàm N. Testamentum abundè monstrat; Elias namque viduæ



viduæ, Elisæus verò Sunamitidis filium ex mortuis resuscitavit, Filius DEI cæcis visum, claudis locomotivam, leprosis mundiciem restituit Matth. 11. v. 5. Petrus claudum salientem fecit, Æneam paralyti liberavit; ut taceam, & Pauli sudaria salutaria fuisse, Actor. 19. v. 12. Cœlestia quod attinet, Josua solstitium impetravit, olimque erunt signa in Sole & Lunâ, teste Christo Luc. 21. v. 25. Elementaria verò ne præteream, Elias ignem cœlò deturbavit, Moses & Aaron aquam in sanguinem, Christus verò in vinum mutavit; Sic nec reliqua probatione indigent, Moses enim aquam ex Petra produxit, baculum, inanimatum quid & rigidum, in vivum flexilemque convertit colubrum, quem imitati Magi Ægyptiaci, de quibus

### QUÆSTIO UNICA.

*Quid de serpentibus eorum statuendum sit,  
veri ne, an apparentes tantum fuerint?*

Sunt hic divortia sententiarum, & quævis, fateor, *verax* sonant. Josephus, Justinus, Tertull. Ambros. ut & D. Sigwartus noster B. M. aliique arbitrantur, serpentes illos non nisi præstigiis, sensuumque illusiones fuisse, conformiter Philoni, qui Sap. 17. v. 7. Das Gaukel, Werk der schwarzen Kunst lag auch darnider / und das Rühmen von ihrer Kunst ward zum Spott. Præterdentes secutorum alias 1. Diabolum rerum formas immutare posse, 2. Filium DEI potentiâ æquaturum, si non superaturum; quia majus sit, virgam in serpentem, quàm aquam in vinum convertere. 3. Creaturam in se recipere posse aliam ejusdem speciei & quantitatis cum sui conservatione, quia coluber Aaronis alios deglutiisse dicatur, quod impossibile. 4. Colubros magorum produxisse factorem, prout ranæ à Mose productæ, & collectæ; altum verò esse in Scriptura silentium, ut pluribus Joh. Scharpius in Symph. Proph. & Apostolorum pag. 120. Verùm enim verò an *verax* hæc accuratioris judicii sustineant, dubito; enervatur enim modò recensita sententia inde, quia expressè dicitur: Primò virgas Magorum ita in serpentes mutatas esse, ut postea à virga Aaronis deglutitæ sint, & absorptæ; si itaque rea-



lis fuit devocatio, etiam realis fuit existentia serpentum, aliàs non ens fuisset devocatum, quod implicat. Secundò expressè dicitur Magos fecisse prout Moses, à quo literali sensu non est discedendum, Moses enim detexisset fraudem, nec Deus passus fuisset Mosen falli. Sigillatim verò *¶ ad primum Argumentum*, negando conseq. non enim sequitur: veri fuerunt serpentes, ergò Diabolus rerum formas invertere potest. *Ad secundum*, verò nondum dari æqualitatem potentix, quia nondum probatum, à Diabolo conversas esse virgas; quomodo autem surrexerint serpentes, in sequentibus patebit. *Ad tertium ¶*, opus fuisse planè miraculosum, & proindè leges naturæ cessasse. *Ad quartum*, negando conseq. quia compendiosior est S. Scriptura, quàm ut quævis recensere debeat; si enim rancæ Mosaicæ factorem excitarunt, potiùs Magicæ. Pro veritate vicissim serpentum pugnant Philo, & Origenes aliique prætendentes S. Scripturæ expressum textum, qui refert, 1. virgas Magorum conversas esse in serpentes prout NB. virga Aaronis; 2. devoratas esse. 3. Magos sic f. cisse quemadmodum Moses. Et horum sententia non tam Delrioni, quàm aliis Orthodoxis solidior visa, cum à literali sensu temerè & extraneam necessitatem non sit recedendum; tamen ut horologia, dissonant; alii enim, nempè Pererius, Lyranus, & Abulensis existimant, Diabolum non advertentibus spectatoribus virgas subtraxisse, & earum locò veros supposuisse serpentes, quò & Cyrillus tendit l. 7. in Joh. c. 8. alii vicissim, nempè Cajetanus & Augustinus urgent ex veris virgis, ut ex materiâ præexistente, veros prodiisse serpentes acceleratione causarum secundarum, ita enim Augustinus: quæst. 21. in Exod. *Insunt rebus corporeis elementa & seminaria rationes, quibus si obducta fuit opportunitas temporalis, & causalis, prorumpunt in species debitas sine modis, & finibus, & sic non dicuntur Angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricola segetum, vel arborum, quamvis noverint præbere quasdam visibiles opportunitates vel causas, ut illa nascantur: DEUS verò solus Creator est, qui causas ipsas & seminarias rationes rebus inseruit.* Cajetanus verò: *Sunt hec animalia insecta, & de numero imperfectorum, quæ Diabolus brevi tempore ex putrefactis virgis potuit producere, neq. id vires ejus superat,*  
*nam*



nam, quod solis calor multis diebus efficeret, id ille potest exiguo tempore, applicando activa passivis, quæ novit ad hoc efficaciora. Item: Serpentes fuere realiter ex virgis producti, non quidem per immutationem formæ substantialis à Dæmone factæ, sed per adductionem agentium naturalium maxime efficacium, & invisibilem applicationem illorum ad virgas, ut beneficio illorum agentium per celeres alterationes exiverint virgæ putrescæ in serpentes. Et hæc sententia, si problematicè licet agere, præprijis arridet tenui meo judicio, salvis aliis, & inculpatis: quia si in antecedentibus S. Scripturæ est inhærendum, nempe Magos fecisse similiter, & consequentibus, nempe ratione eventus, inhærendum erit: ait enim sacer codex, virgas versas esse in colubros, & non aliunde allatos. Dices: Scripturam S. ex opinione & decepto Spectatorum judicio dicere: Da wurden Schlangen daraus. Sed quis credet Mosen deceptum fuisse in Actu hoc, & quis temerè S. Scripturæ vim inferet? cum nullum ἀτόνν metuendum. Instabis: Secuturum, vel Diabolum formas substantiales invertere posse, vel DEUM sibi ipsi contrarium fuisse, quia Jannes & Jambres Mosi restitisse dicantur. 2. Timoth. 3. v. 8. Sed n. prius haud sequi, cum Diabolus se tantum habuerit dispositivè, activa passivis artificiosè applicando, cum interim seminarie rationes divinitus insint rebus corporeis: nec posterius metuendum, tum enim sibi ipsi DEUS contrarius fuisset, si perseveranter & positivè machinationibus Magicis adfuisset, nec sapientissimè colubros Magorum mediante virgâ Aaronis deglutivisset; unde appositè Augustinus lib. 3. de Trin. Ideò mira facere permisi sunt Magi, ut mirabilibus vincerentur. Tantum de Materia sive Objecto. Tradit hoc

## S E C T I O VI.

De

## FORMA MIRACULORUM,

**C**onsistit autem ea in τῷ ὑπερφυσικῷ, καὶ ὑπερτακτικῷ, ut sit super & præter ordinem universæ naturæ factum. Hinc Thomas Aquin. de Sent. l. contra gentes c. 97. illa, inquit, simpliciter Miracula sunt dicenda, quæ divinitus

C

nitus



nitus sunt præter ordinem communiter servatum in rebus. Latius verò, imò accuratius Beatus noster D. Nicolai, Præpositus quondam Stuttgard. Meritissimus, quando pag. 404. Charact. Anti-For. scribit: *Miracula, ut vera videantur, debent certa habere fundamenta, 1. quòd vera sint, non præstigiatoria, 2. quòd à DEO proficiantur, 3. quòd creatis viribus fieri non possint, 4. quòd ad salutem hominum tendant.* Cui conformiter Brochmanus loc. de Eccles. pag. 286. quando ait. *Ut opus aliquod sit verum miraculum, duo requiruntur. 1. Veritas rei, ut, quod videtur esse opus, reverà sit, 2. veritas finis, ut veritati confirmanda verè serviat.* Undè

## QUÆSTIO I.

*An Miracula recipiant magis & minus,  
i. e. alia alia superent?*

**A**ffirmativam obtrudit nobis primò, *Σοφιστής miraculorum*, majus enim opus magisque admirandum fuit incarnatio Christi, secundi Hominis de Cælo 1. Cor. 15. v. 45. quàm productio Adami, Hominis terreni, quem tamen mirabiliter finxit Plasmator DEUS: illa enim *ὁμολογημένος μέγα μυστήριον* vocatur 1. Timoth. 3. v. 16. hæc non. Et quis, dubitat miraculosè solem obscuratum fuisse tempore mortis Messianæ? Sed & quis negat majus fuisse opus occalum solis Justitiæ, nempe obitum vitæ, Domini Gloriæ 1. Corinth. 2. v. 8. Secundò, *Confessio Christi*, qui ipse fatetur, majora edituros esse opera credentes Joh. 14. v. 12. Hinc in gradus distinxit Miracula Thomas Aquin. quando loco supra allegato: *Summum inquit gradum inter Miracula tenent, in quibus aliquid fit à DEO, quod Natura nunquam facere potest, ut quòd sol retrocedit & stat, quantò enim aliquid magis remotum est à facultate Naturæ, tantò majus miraculum est. Secundum gradum in miraculis tenent illa, in quibus DEUS aliquid facit, quod Natura facere potest, sed non per illum ordinem. Opus Naturæ est, quod animal vivit, videt, ambulat; at post mortem & privationem potentia naturaliter non potest reviviscere, videre & ambulare.*



bulare. Tertius gradus est, cum DEUS facit, quod consuetum est fieri operatione Naturæ, tamen absq; principiis naturæ operantibus: ut cum pluit sine operatione principiorum Naturæ. Quibus omnibus addo illud Chrysoctomi: Qui Diabolum vincit, maximum facit miraculum.

## Q U Æ S T I O II.

An, & quomodo vera miracula dignosci possint?

Varios excogitavit characteres Lessius, nempe: 1. Orbis testimonium, 2. operum magnitudinem, 3. soliditatem, 4. gentium conversionem & morum correctionem, quæ miracula sequuta est. 5. Simpliciter eorum, qui illa fecerunt, & mores à commercio Diaboli alienissimos, 6. auctoritatem testimoniorum eorum, qui ea vel viderunt, vel ab aliis, qui viderunt, acceperunt. 7. Beneficentiam, an enim, querit Scribanus, irrogata beneficia arbitraris ultroneâ munificentia obtrudere Demonem? ut, dum DEUS oratur, dum diva nostra, aut divorum alius, Demon munera pluat? ab illo hæc speras, qui morsu, nescio, an secundò vetiti pomi saturatos primos parentes, cum vitam promississet, eructare fecit in mortem? 8. Ipsum rerum sensum, quæ enim, pergit Scribanus, insana libido, sensus in nobis damnare, quasi aliud nobis renuncient oculi, manus, aures, quàm viderint, palpaverint, audierint. 9. Cultum ejus, qui Satanæ hostis est, & quis, ait Forner, monstruosus ille Demon, qui suæ ita naturæ adversatur, ut, cum aliàs cœlitibus sit extremè insensus, Regina cœlitum cultui nunc tantâ industriâ inservire contendat? Verum, quàm malè suò fungantur officio recensiti characteres, in instanti patebit. Nil autem juvat 1. orbis testimonium, quia plurima sunt tradita, quæ rerum natura nunquam vidit, hinc ipse Gretser: quæ huc usq; sive affirmata sive relata sunt, si non omnia facilia creditu, saltem jucunda sunt lectu. Claudius verò Espencæus in serm. 1. Synod. p. 921. Hodierni canes, aut muti sunt, non valentes latrare, aut è Cathedralâ jam non Mosis, sed Domini nostri Jesu Christi impudenter juxta



juxtâ ac imperitè recitant pro historiâ fabulam, pro veritate mendacium, pro Ecclesiasticis heretica, pro seriis joca, pro virtute DEI fictitia miracula, ne dicam Dæmoniorum portenta. Nil 2. operum magnitudo; Diabolus enim tam speciosa edere potest miracula, ut *μυροπεχίτης* nos haud fallere possit, aut rerum naturalium earumque virium tantam præsumere debemus scientiam, ut non impingamus. Nil 3. soliditas; quia non tantum oculi-  
 strigia à Satanâ fieri possunt, sed & solida mira; non enim, teste Augustinô, quando ignis de cælo cadens Jobi familiam cum pecoribus uno impetu absumpsit, phantasma fuit, quod tamen Satanæ, cui DEUS hanc dederat potestatem, opus fuit. Nec 4. gentium conversio; quia nonnulli per impios & Pseudo-Prophe-  
 tas convertuntur, Philipp. 1. v. 18. Hinc Espencæus cum Augustino: *Mentem nostram justificando formare non potest nisi DEUS, predicare verò extrinsecus & homines possunt, non solum boni per veritatem, sed & mali per occasionem.* Nec 5. mores externi, quia ipse Diabolus transformat se in Angelum lucis, & non nemo in sanctitate incedit Angelorum das er nie keines gesehen. Col. 2. v. 18. Nec 6. auctoritas testimoniorum; historici enim & Authores vel Coævi, vel auriti tantum fuerunt, vel si oculati, testari possunt de facto, non liquidò de miraculo facti, ne dicam sanctos errare posse & falli, teste Salmerone & ipso Bellarm. Notanter Lud. Cellotius Jesuita in Oratione, cujus titulus: *In sola S. Scripturâ Veritas invenitur: Dicam audacter, quod sentio, ne equalibus quidem suarum historiarum Scriptoribus temerè esse credendum.* Ante annos enim plus minus octo in vivis esse desit is, qui regis stipendiis alebatur ad historiam Henrici M. conscribendam, nil isto loco exprobrandi causâ, sed commonendi gratiâ dicam: *Optimos & religiosissimos viros audivi, qui dicerent, se præliis & urbium expugnationibus interfuisse, quæ longè secus quam evenissent, ab historico narrabantur.* Nominabant quin etiam duces nonnullos, quibus victoriæ laudem assignat historicus, quos illo die neq; locum illum, neq; arma vidisse, constaret. Nec 7. beneficentiâ, quia encomia sanctorum etiam à Diabolo quandoque proficiuntur Actor. 16. v. 17. & beneficia Dæmonum  
 sue-



fuerunt, quæ de miris Vespasiani, Æsculapii memorat Baron. anno 71. 6. ann. 139. 4. Ex Leone M. notat Forner. l. 2. palm. c. 17. p. 627. *Hominem persequi demones non solum vi aperta, sed & clancularia, dum se beneficos simulant. Et porro: Beneficia Demonum omnibus sunt nocentiora vulneribus, & tutius est homini inimicitiam Diaboli sustinere, quam amicitiam querere, non enim unquam cessat à nocumento corporali, nisi ut gravius noceat in animâ. Nec S. rerum sensus; quia nil novi, sensus papæos falli; in S. enim ~~in~~ sensus humanus errat perpetuo, quia videt colorem, gustat saporem, sensu communi apprehendit quantitatem & figuram, omnia panis, & tamen panis non est, quem sentit esse, sicut contingit illi, qui glaciem putat esse crySTALLUM. Nil, ait Scribanus, potentius in Dæmonibus, quam phantasmate ludere, ut que non sunt, esse credas, & oculos fallaci fascino tenebrare, aut intermedii factitii aërii interkursu non possidenda possidere, proponere. Nec tandem cultus sanctorum; quia cultus ille speciem, habet Mariodulæ, terminatur verò in Dæmonia. Maria enim huiusmodi cultum recusat, ut in Hodom. D. Dannhaverus monstrat, cujus securi hæctenus sum usus. Dices: si recensiti characteres nil præstant, an ergò planè non dijudicari possunt aut discerni Miracula? Notandum hæc, quid ipse Bellarminus de Miraculis statuatur: Non constat, inquit, nobis certitudine, cui non possit subesse falsum, illam non esse illusionem Dæmonis. Maxime verò perpendenda, quæ invidus D. Nicolai pag. 128. charact. Anti-For: *Tanta est miraculorum verorum & falsorum similitudo, ut, quamvis ea ex se spectata immensò intervallò dissideant, (quippe alia à DEO, alia ab impostoribus Angelis profecta sunt, alia ad potentiam DEI activam infinitam, facientem in creaturâ, & de creaturâ, quicquid vult, alia ad seminales rationes à DEO in primordia sua referunt, alia ad erudiendum, alia ad pervertendum, fiunt, alia verè fiunt, alia sensus & oculos ludunt, ut videantur quod non sunt:)* tamen quoad externum aspectum & contuitum, discerni ab eo, qui in solo externo visu occupatum animum habet, non possint. Exemplò sunt Miracula Mosis & Aaronis, qui virgam converterunt in Colubrum, idem de suis virgis fecerunt Magi, unum est in quo defecerunt cyniphes non potuerunt producere, ve-*



rùm id non ipsorum impotentia, sed DEI prohibitioni tribuendum putat Alexander de Ales. Exemplo sunt Miracula à Christo præ-nunciata, tanta enim futura ea dixit, ut si fieri posset, etiam electi seducerentur. Si distantia verorum & falsorum tanta est, ut visu & sensu possint dijudicari, unde tantum etiam electorum periculum? Anti-Christus imaginem bestia vivificabit, quantum hoc interest, mortuum aliquis vivificet, an imaginem, cui per naturam vita repugnat? Judica ex visa, & sensu, & Anti-Christum vel DEUM, vel saltem DEI Prophetam habebis, unde DEUS miracula Pseudo-Propheta non ex se ipsis, sed ex Doctrina vult judicari, ut tum caveantur, cum à DEO unico abducere deprehenduntur, prout & Christus non vult audiri Pseudo-Prophetas, cum à communi Ministerio Prophetarum, & Apostolorum doctrinâ ad sua penetralia & eremum vocant. Quod & Forer ipse; quando: Non Doctrina ex miraculis, sed ex miraculis Doctrina estimanda est.

### Q U Æ S T I O III.

#### Quid de Miraculis Pontificiorum judicandum?

Quantum sua extollant miracula Pontificii, quantumque sese jactent, tonforibus est notum Lippisque. Verum, quod Hanna olim, id pro nunc nostrum facimus, nempe *lasset euer Großa Rühmen/und Trogen/lasset auß eurem Munde das alte 1. Sam. 2. v. 3.* Cinerem enim si spargit Daniel, vestigia ilicet deprehenduntur fraudulentorum Sacerdotum; fraudis enim scetus sunt partim miracula Papæ, deceptionisque fructus, quod patet ex Xaverii confessione, cum enim ipsi mortui exsuscitatio imputaretur: *ô me nequam, clamavit, juvenem ad me mortui specie attulerunt, jussus à me surgere nomine DEI, surrexit, ea videlicet res populo res nova visa.* Partim fabulosa adeo, ut vel Heraclyto risum exprimant; quis enim credet, Divum Franciscum pediculos semel excussos in se ipsum rursus immisisse? Sanctum Aidum 8. lupis esurientibus 8. bidentes ex commiseratione dedisse, postmodum verò bidentes jam devoratos à lupis creatione suâ integros et ventri-



ventribus luporum recepisse. S. Bernaci vaccam à furibus occisam, in frustra dissectam, inque lebetem jam positam, mugitum ad vocem ejus auditam è lebete edidisse. Partim *aiouara* omniudò, Pistillò enim retusior sit oportet, qui credit precibus fratris Conradi animam quondam è purgatorio liberatam esse, ipsique peractis gratis vidente Conrado in Cœlum conscendisse. Dunstanum Diaboli nares forcipe tenuisse, crebrisque verberibus virgam in tergo ejus fregisse. Ignatium Lojolam, hominem, qui è paupertatis aliarumque calamitatum tædio laqueo vitam sibi finierat, collocatum in lectulo tantisper à morte suscitasse, quoad usque Sacram confessionem Sacerdoti fecisset. Ut transeam, quod de Garnetto Cornelius à lapide refert, nempe in spica Reguidæ, & sulphurarii proditoris sanguine tinctâ vividam faciem humanam apparuisse, imaginem ejus coronâ fuisse cinctam in Capite, in Fronte crucem rutilasse stellæ inclusam, sub mento, alatum Cherubinum esse visum. Partim denique blasphema; horrendum enim dictu, Diabolum non cessisse ex puella obsessâ imploratâ ope Trinitatis; cessisse verò invocatâ Loretanâ. Dicit hîc papicola, me tantum recensere Leuiuscula, missis potioribus, & calculò dignis; sed noscitur ungue leo, vel enim ad alteram recensitarum classium referenda, vel si unquam vera contigere miracula, gloriari tamen Pontificii haud possunt, quia uni Ecclesiæ alligata haud sunt, nec in probationem *ètrepodôgias*, sed residuorum incorruptorum fidei articulorum edita.

#### Q U Æ S T I O. IV.

##### *Quid in specie de Patre Aviano, Neoterico Mirabiliario judicandum?*

**T**Ria in eo observanda judico, 1. Personam ejus & professionem, 2. gesta, 3. modum procedendi. Personam quod attinget, Italus ille est, redivivus Seba, qui ante biennium ex Italiâ Tyrolum, & Austriam, hincque fines Rheni pervagando, Coloniâ tandem, imò Augustam Vindelicorum pervenit, Ordinis Capucini, adeoque de societate eorum, qui nudipedales aliàs, si-  
ve ex-



ve excalceati dicti, & proindè in ipso jure Papali pro hæreticis<sup>o</sup> habiti, de quibus olim Hieronymus: *Viros fuge, quos vides nudis incedentes pedibus*. Facta verò infecta ut referam, Colonienfes relationes aliaque opuscula edita multa de Aviano jactant magnaque ad Calendas Græcas non probanda: ajunt enim papicolæ, P. d'Aviano leprosum mundâsse, mulierem servumque à Satanâ liberâsse, cæcis visum, claudis locomotivam, mutis linguæ usum, surdisque competens restituisse sensorium. Modum verò procedendi ut exhibeam, notanda quatuor: *Primò*, exordium sanandi, facturus enim miraculum peculiari usus est benedictione, quando: *Benedicat tibi Dominus & custodiat te, liberet te ab omni malo secundum tuam fidem, omnia enim credenti possibilia*. Cui præmisit tritum illud Pontificium: *Jesus Maria!* *Secundò*, medium, namque ex parte sui usus est aquâ benedictâ, quam reliquit ægrotis, non enim in instanti, quod notandum, convaluerunt, ut eâ se delinirent; ex parte verò ægrotorum subdolè postulavit fidem, ut firmiter crederent Divinâ misericordiâ se salvos fore, ita enim Avianus: *Qui indubitatâ fide perseverant, ii infallibiliter omnipotentiam DEI ad reconvalescentiam sentient*. *Tertiò*, requisita alia: exegit enim Avianus (1.) ab iis, qui benedictionem suam ambierunt, confessionem sacramentalem, vel ad minimum contritionem, cum proposito emendandæ vitæ, (2.) ut crederent omnibus Sacerdotibus N. T. concessam esse potestatem manus imponendi ægrotis, & restituendi eos. (3.) Ut in honorem Mariæ ter *Orationem Dominicam*, totiesque *Ave Maria* recitarent, prout ipse quotidie: *Nos cum prole piâ benedicat Virgo Maria*. Ultimum tandem, quod notandum, est intentio Aviani: demonstrare enim voluit Miraculis suis Mariam sine labe originali conceptam esse. Quæ narrâsse sit refutasse; nimis enim extenderetur labor meus, videatur verò Joh. Scheiblerus, Pastor Giessensis, qui nervosè de Aviano in Opusculo Germaniæ. Ave ergò Aviano non dico.

QUÆ

3.



## Q U Æ S T I O V.

### Quid de Ethnicis; Magicisq; statuen- dum Miraculis?

**R**esp. gradum ea verorum miraculorum non pertingere, de-  
est enim ipsis adæquatam constitutum, nempè *in* *Uespaſiani*  
*reg.* Ethnica enim quod concernit miracula, traditur quidem  
Vespasianum cæco visum, claudo manûs usum restituisse; verum  
credibile iudicat Tertullianus, utrumq; morbum à Diabolo il-  
latum esse, qui oculo illius, & membro hujus insidens, membro-  
rum usum impediit, & id eò fine, ut cùm desineret nocere, vide-  
retur sanare. Fucum (1.) intercedere, ex Adriano constat Impe-  
ratore, ministros enim ejus recenset Spartianus, ut illum vivendi  
tædiò affectum à desiderio mortis revocarent, accedere ad ipsum  
diversis temporibus fecisse mulierem quandam aliumq; virum  
cœcitatem fingentes, quasi in somniis essent moniti, ut Adriano  
significarent, eum sanitatem recuperaturum, quemadmodum &  
ipſi, cùm corpus ejus tetigissent, visum recepturi essent, his enim  
artibus distentus Adrianus in annum sequentem vitam prorogavit.  
Magica verò quod attinet, sapiunt & ea virtutem Dæmonis, &  
sunt, vel præstigiatoria, quando nempè Diabolus hominibus im-  
ponit 1. verum Objectum removendo. 2. Falsum & phanta-  
sticum objiciendo, vel verum etiam Objectum peregrinâ specie  
pingendo, 3. sensus hominum pervertendo. Vel vera quoad  
*Uespaſiani*, nempè quæ consistentiam habent, & mira quidem sunt,  
non tamen Miracula, quia non supra naturam ac potentiam Dæ-  
moniorum, sed ab iis fiunt, vel celerrimò motu locali, vel appli-  
catione activorum ad passiva, vel aliis modis, quos etiam Sesqui-  
Ulyſſis intellectus capere nequit.

## S E C T I O VII.

**T**endimus tandem ad finem Miraculorum, qui vel  
*primarius*, nempè Doctrinæ divinæ Confirmatio Matth. 10.  
¶l. 7. Marc. 16. ¶l. 20. fideiq; ingeneratio Joh. 21. ¶l. 12. vel  
D ulti-



ultimatus, nempe Demonstratio Gloriæ Jesu Christi Joh. 2. v. 11.  
Undè

## QUÆSTIO I.

### *An adhuc in plantatâ Ecclesiâ necessaria sint Miracula?*

Q Uod negamus, acquisitò enim sine quiescunt media ad finem  
ducentia, sumus enim in illo corpore, in quo Prophetæ, &  
Apostoli Miracula fecerunt; undè continuatione non opus est. Ap-  
positè Augustinus: *Erant olim necessaria Miracula, ut crederet  
mundus, priusquam credebat mundus, quisquis autem adhuc pro-  
digia requirit, ut credat, magnum est ipse prodigium, qui mun-  
dò credente non credit.* l. 22. C. D. c. Si. Similiter Gregorius M.  
homil. 29. in Evang. *Necessaria fuerunt in exordio Ecclesiæ signa,  
ut multitudo ad fidem cresceret, quia & nos, dum arbuta plan-  
tamus, tam diu aquam ipsis infundimus, quo usq; ea in terra coaluis-  
se videmus, & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit.* No-  
tante quoque Chrysoft. in Joh. hom. 24. *Ἄρα πὴ μὴ καὶ νῦν σημεῖα  
γίνεται, εἰ ἴδ᾽ πρὸς εἰ, ὡς εἶναι χεῖρ, καὶ φιλοῦς τὸν χειρὸν, ὡς φιλεῖν θεῖ,  
& χρεῖαν ἔχεις σημεῖων, ταῦτα ἴδ᾽ τοῖς ἀπίστοις δίδοται.* Ergò crede,  
ait Didacus Stella: *Crede Evangelio, quod fuit miraculis confir-  
matum.* Sed dices: *Nonne rationi consentaneum, ut nunc quoq;  
fides miraculis confirmetur?* Non, nam nunc quoque damnum ma-  
gis afferrent, quàm commodum, etiamsi in primordio Ecclesiæ  
nascentis fuerint necessaria, cùm enim puer ambulare nequit, ad-  
juvatur vehiculò, quod homini adulto est impedimento. Qua-  
propter nullum expectatio signorum retardet, amet potius mira-  
cula pietatis, ut Chrysoft. & Gregorii nostra faciamus.

## QUÆSTIO II.

### *An & Luthero necessaria fuerint Mi- racula?*

Q Uicquid ogganniat Forerus, negativam nos arripimus sen-  
tentiam, nullam enim primò novam protulit Doctrinam  
Mega-



Megalander, sed suppressam, Pontificiisque quasi sepultam tenebris *ἠεροδοξίας* luci reddidit; & si vel maximè novam Doctrinam attulisset, ea tamen Miracula haud necessariò annexa habuisset: Johannis enim Baptistæ Doctrina opinione Phariseorum maximè nova fuit, novum similiter Sacramentum, & tamen *ἀσχημ* fuit Joh. 10. *ψ*. 42. Novum quoque erat dogma Prophetæ Semajæ, Roboamum à bello retrahentis, potuisset enim Roboam prætereundere justam belli causam, nempe injustam defectionem decem tribuum, interitum quæstoris, licentiam recuperandi regni, nec tamen miraculò se legitimavit Semajas. Falsò ergo Moguntinò in animadversion. Antib. p. 120. *Sanè nisi Christus & Apostoli fidei faciendæ causâ ea portentosa patrâssent, non tenebantur profectò Judæi credere, sed poterant jure meritò argumentò ab anti-quitate sumptò Evangelium repellere: Sequeretur enim nec Johanni credere debuisse Judæos, ejusque baptismum impunè contemp- sisse, quod tamen negatur Luc. 7. *ψ*. 30. Secundò, conformiter e- git Lutherus Josiæ Regi, sine concursu miraculorum librum legis aliquantisper ex oculis sepositum rursus promulganti; quid ergò Luthero miraculis opus fuit? cùm Doctrina ejus jam veteribus suffulta fuerit miraculis. Nec, *tertio*, rem habuit cum infidelibus, sed Christianis, utut fecerit *ἠεροδοξίας* conspurcatis. Nec, *quar- to*, mutavit publicum Ministerium, quod enim urgente necessitate quandoque factores, sutores aliique plebeji docuerunt, novum haud fuit, quia in primordio Ecclesiæ id ipsum evenit; piscatores enim textoresque evasere Doctores, quodque Megalander Eccle- siam ab idolo Misfaticeo ad verum unicumque Christi Sacrificium revocavit, tyrannicumque Pontificis factum repressit, laudabili- ter fecit, prout Josias, quia abusus ejusmodi indecenter invalere; absurditatem ergò partim, partim cæcitatem suam prodit Forerus, dum Miracula ultrò requirit, nec conspicit præ oculis tam stupen- dum opus. Audiamus Meliorem Melchiorem, qui talia in cha- ract. pag. 134. *Non est universaliter verum, Lutherum nulla pa- trâsse Miracula, nam evolventi annales temporum, & secum re- putanti, quantâ superbâ & fastu Pontifex Romanus fulmine ex- communicationis armatus, & populorum stultâ credulitate anima- tus maximorum & potentissimorum Imperatorum, Regum princi- pumq;**



pumq; capitibus insultarit, quantâ securitate decretales suas magnâ ex parte ineptissimas, orbi Christiano venerandas, credendas & exosculandas obtruserit, Miraculum omnium miraculorum maximum, & divinæ cooperationis certissimum  $\tau\epsilon\alpha\mu\eta\epsilon\lambda\omicron\nu$  videbitur, tantam hanc molem, tantis seculis, tantô studio & curâ edificatam, unius inermis Monachi nullâ auctoritate, nullâ externâ potentiâ suffulti voce quasi repentinô impetu labefactatam, & multis in Imperiis, Regnis, Provinciis vel totam ex imis fundamentis erutam vel magnâ ex parte destructam. Audiamus ipsum quoque Bellarminum, qui in Præfat. Tom. 1. fatetur, unum Monachum rem tam felici successu perfecisse, & Throni papalis terrorem calamô, in quo tot Principes armis insirmandô frustra fuere, dejecisse, conscientias jugô traditionum ligatas, anathematum terroribus attonitas, & Manliani Imperiis pressas illuminasse, compedibus liberasse, exitum præbuisse è captivitate Babylonica liberum, de quibus appositè Poëta:

Roma orbem domuit, Romam sibi Papa subegit,  
Viribus illa suis, fraudibus iste suis.  
Quantum istô Major Lutherus, Major & illâ  
Orbem urbemq; unô qui domuit calamô.

Si itaque inter beatæ virginis miracula referendum, quod multos captivos è carcere politico liberavit, an minis miraculum fuerit, Lutherum tot millia ex carcere spiritali liberasse? Quis dubitat impletum esse in Luthero, quod Fridericus Elector ter somniâsse fertur: Suidnicæ nempè, Monachum, comitatum sanctis, ad se venire de cælo, consensumq; ut quedam ostio Academicò inscriberet, petiisse, scripisse verò tam literis insignibus, ut Scriptura etiam Suidnicæ legi posset, finem calami Romam usq; se extendisse, utramque aurem Leonis ibidem jacentis penetrâsse, indè ad coronam tripitem Pontificis se exporrexisset, eam adèd commovisset, ut casura esset, audivisset verò Monachum pennam istam accepisset ex alâ Anseris Bohemici teste Anton. Musâ ex relatione Spalatini. Maximum miraculum conversio gentium visa Gregorio M. similiter Hieronymo inter omnia signa, quæ fecit CHRISTUS, hoc visum mirabilius esse, quòd unus homo, & illo tempore contemptibilis & in tantum vilis, ut postea crucifigeretur, Scribis & Phariseis  
contra



contra se sævientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad unius flagelli verbera tantam eijcere multitudinem, mensaque subvertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non fecisset exercitus; ignem enim quiddam radiabat ex oculis ejus, & divinitatis Majestas lucebat in facie. At majus istò interior illa non solum Glossarchia, sed & cordiarchia, quæ & asinos, Discipulos rudes ἀγραμμάτους, & pueros fecit loquentes, ac laudantes, & asinarum Dominos, Mercenarios, lucrique cupidos furti specie primùm laceffitos & contradicentes domuit, inclinavit, volones quasi fecit. Ita, quam reformationem templi flagellis armatis non potuere Reges Augusti, Principes, provinciæ, DEUS per Lutherum effecit, linguas laicorum dudum mutas animavit, inque laudes divinas, & Psalmodias inflammavit, corda etiam dura movit, ut veritati locum darent. Ut pluribus Dominus D. Dannhaverus in Melet. cujus abietem totaliter amputare vereor. Imminet ergò

### Q U Æ S T I O III.

#### *An Miracula sint nota Ecclesie?*

PRO affirmativâ horrendum pugnant Pontificii; ita enim Maldonatus: *Sequitur necessario, eam, in quâ frequentia & quasi ordinaria miracula nulla sunt, eam veram Ecclesiam esse non posse, quia scimus Christum Ecclesie suæ potestatem ad facienda miracula dedisse, unum hoc intendens, ut Ecclesiam Romanam pro verâ venditet. Expressè etiam Baronius: Dotem Miraculorum non nisi in Ecclesia catholicâ reperiri, nec ab aliis usurpari posse. In forma verò syllogisticâ ita procedit Forer: Illa est vera Christi in terris militans Ecclesia, quæ tùm in se omni seculo, tùm etiam circa controversa cum hereticis modernis dogmata Miraculis est admodum illustris, toti orbi conspicua & nota; Sed Ecclesia Romano-Catholica talis est Ergò. Item: Aut, quæ tot authoritatibus, tot fide dignis assertionibus roborata recensuimus miracula, vera DEI opera & prodigia non sunt, aut DEUS qui non nisi veritatem testari potest, vera, quæ ab ipso est, Religionis & fidei ea tanquam signacula & tesseræ affixit? Verùm quàm curvos*



figat gressus Forerus, vel captivus videt Zedekias, quæ enim absurda non sequuntur tam absurda vestigia? Stante enim majore propositione prioris Argumenti, Ecclesia *primò* judaica, vinea olim à DEO plantata, hæretica fuit; dolenter enim Assaph. Psalm. 74. unsere Zeichen sehen wir nicht; Hæretica *secundò* fuit Ecclesia à Johanne plantata, quia *ἀστυ* fuit, nec signis conspicuus; Hæretica *tertiò* & adulterina erit ipsa Pontificia Ecclesia, quia nec illa omni seculo miraculis claruit, cur enim nulla coram nobis edunt miracula? Cur in locis tantum inaccessis peraguntur? & sic consequenter Existentiæ Ecclesiæ Militantis Ens erit chymericum, quod *ἀντιεξέφορ*, aut oriatur pluralitas Ecclesiarum, & quævis vera erit, quod itidem absurdum, quia & hæretica Ecclesia quandoque miraculis claruit; Donatus enim oravit, & respondit ei DEUS de cælo; Paulus Novatianus Episcopus, cum esset baptizaturus Judæum, malitiosè simulantem Christianam fidem, aqua de repente evanuit. Imò Ethnica; Cicero enim inquit initio belli Marsici Deorum simulachra sudasse, & fluxisse sanguinem; Ut præteream, quod refert Valer. M. l. 8. de aqua cribro hausta, Sil. verò Ital. l. 2. belli punici de navi Zonâ adducta. Sic utraque Ecclesia vera erit, & Pontificia, & Calviniana, quia tam constat de Carolo I. Angliæ Rege, quod strumas sanavit per contactum Regiæ manûs, & pronunciationem verborum: *Tangit te Rex, sanat te Christus*; quàm constat de Henrico IV. Galliæ Rege, id ipsum eum præstitisse; undè tamen argumentum pro veritate Ecclesiæ suæ probandâ Becanus textit. Et tantum de majore, devolvimur ad minorem, quàm ad Calendas Græcas probabit Forer; quid enim de Papæis Miraculis judicandum, superius moquimus, quare actus labor huc non redit. Alterum verò argumentum, nempe dilemma, quod concernit, & ad prius, hoc maximè esse in quæstione, an quævis miracula sint divinitus orta? Ad posterius verò & DEUM utique veræ religioni & fidei miracula olim tanquam signacula & tesseras affixisse, sed pro libertate, & statu tum plantandæ fidei, non autem ut miracula indivisibiliter religionem comitarentur, quia nec Christus ubique miracula edidit, nec continuari ad finem usque voluit, ventos ergò ferit dilemma, non nos; tantum enim abest miracula  

punc

3.



nunc indigitare veram Ecclesiam, ut potius nota Anti-Christiane sit, teste Pauló 2. Thes. 2. Quomodo autem se res habeat, dicam brevibus: aut miracula ab oraculis divinis sunt avulsa, aut iis conjuncta; si illud, nota esse Ecclesie nequeunt, quia si vera sunt conjecturam solùm faciunt, non *σοφίζω*; si falsa, fallaciam pariunt, si incerta, ambiguitatem. Si hoc, *σοφίζω* quidem pro veritate fidei Ecclesieque faciunt, sed κατ' ἀλλο, propter oracula, quam conjunctionem subindè urget Christus Matth. 12. *ψλ.* 38. Luc. 16. *ψλ.* 29. Joh. 10. *ψλ.* 21. verbum enim est securis, miraculum quasi cuneus, à verbo ut notiori miraculis lumen affunditur, non contrà, & quemadmodum sigillum à literis avulsum nihil probat, ita quoque miracula sine doctrinà nil valent. Claudit rivum

#### QUÆSTIO IV. eaque ULTIMA.


##### *An signa petere liceat hodiernum?*

**I**N negantem tendimus plagam, pressi sequentibus rationibus. *Primò* enim Miraculorum finem jam olim D E U S obtinuit. *Secundò*, nullò promissò ad τὸ δεῖν καὶ νῦν alligavit, utpote liberimum agens. *Tertiò*, tentatur D E U S petitione signorum, tentatur enim Numen, quoties sine Numinis verbo fiducia in aliquid concipitur, aut petitur, quod non est promissum; hinc & olim recusavit signum petere Ahas, quamvis admonitus, dicens: *Non petam signum, etenim tentabo Dominum.* Esa. 7. *ψλ.* 12. ne dicam Satanæ eam esse indolem, nempè sine verbo signa petere Matth. 4. *ψλ.* 3. Pharaonis Exod. 7. *ψλ.* 9. Judæorum incredulorum Matth. 12. *ψλ.* 38. 1. Corinth. 1. *ψλ.* 22. Undè notanter Chrysoströmus: εἰ φίλεις τὴν χειρὸν ὡς θεὸς φίλεν εἰ χειρῶν ἔχεις σημεῖων, τῷ τῷ γὰρ τοῖς ἀπίστοις ἰδοτέα. *Excipies*, non Satanae solùm sed adulterinae, sed legitima indolis esse signa petere. Abrahamum Patrem credentium signum petiisse Gen. 17. *ψλ.* 9. similiter Gedeonem Jud. 6. *ψλ.* 36. seq. nec non Hiskiam Esa. 38. *ψλ.* 7. quorum pietas extra controversiam ἀντιπαρατετακται fuit. Sed *ψ.* in genere, petiisse equidem signa allegatos viros, sed vel fragilitate humanâ, vel in confirmationem fidei, quod olim licuit, teste Dn. D. Lucâ Osiandro, eum per spissas tribulationum nubes vix opem tueri possent, & extraordinario pulsos instinctu: In specie verò *ψ.* ad exemplum Abra-





























*Aduersus Montanum.*

um sanè Concilium est & antiquissimis  
forme, quod more suo Ecclesia Romana  
ac celebrat: quod in cōp à Pontifice Roma  
tur, habetur à Præsulibus, aut his qui iure  
consuetudine diutissimè seruata, interesse  
ent, & suffragia deferre, de doctrina fidei,  
ecclesiæ, uel pacè inter Principes Christianas  
a. Quodcunq; ab hoc discrepauerit, Ec  
n solet Concilium appellare, sed Sathanæ  
Concilium malignantium, Conciliabus  
um mente perditorum.

*ut olim fidei do-  
templi templi? h  
padoq; fulta. R  
Romana*

*um prouehor?*

recipitem egit extra te ipsum amentia aut  
dicendi, ut quo proueharis, nescias. Recipe

MON.  
GASP.

*olui graues ob causas profectioe Triden-  
ersedendum esse: quod si perfecti, dicendi  
us sum. Superest, ut uelis collectis, nauem in  
cam.*

MON.

nile perfecisti, neq; perficere unq; poteris,  
niuersa colluuias hæreticorum suppetias  
estat, nisi ut ad te redeas, in te descendas,  
tisper habites. Cogites, unde excideris,  
& Ecclesiæ Romanæ charissimæ eius  
tare debeas. Ego non dubito, quin si te  
, atq; id animo feceris ueritatem explo  
tendiq;, facile tibi Spiritus sanctus eam

GASP.

X iij mentem